



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt multiplicia genera iuramentorum extirpentur. Cap. i.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMA- ciensis Episcopi, de Periurio, De- cretorum Liber XII.

ARGVMENTVM LIBRI.

Libro hoc de Iuramento & periurio, de iurandi facilitate eiusque periculo, deque improbis iuramentis infringendis agitur.

*Ut multiplicia genera iuramentorum extirpen-
tur. Caput I.*

T multiplex iuramentorum & periuriorum confusio, per quam multæ fidelium animæ in toto hoc regno perditæ esse noscuntur, quàm sit detestanda & Deo odibilis, attentus omnibus annuncietur. Tantum nanq; hoc malum

*Ex cõcil.
Meldēsi,
cap. 10.*

est, vt ad sanctuaria martyrum vbi diuersorum agritudines sanantur, ibi periuri, licet manifestè interdum vexari non videantur, iusto Dei iudicio à dæmonibus arripiantur. Et sicut sanctus dicit Gregorius, ad horum corpora agri veniunt & curantur, & periuri à dæmonio vexantur.

De illis qui nomen Dei in vanū sumunt. Cap. II.

H abemus in lege domini scriptum: Non peierabis in nomine meo, nec pollues nomē domini Dei tui. & ne assumes nomen Dei tui in vanum. Ideo admōnendi sunt omnes, vt diligenter caueant periurium, nō solū in altari, seu sanctorum reliquiis, sed & in communi loquela. Item cauendum est, ne aliquis plus aurum honoret, quàm altare, ne ei dominus dicat: Stulte, quid est maius, aurum, an altare quod sanctificat aurum?

*Ex dictis
Hierony.*

De illis qui per cupiditatem periurium fecerint. Cap. III.

Siquis per cupiditatem peierarit, omnes res suas vendat, pauperibus & distribuatur, & monasterium ingressus, iugi poenitentia se subdat.

*Ex poeni-
tentiali
Romano*